



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De gestu oratorio. Capvt X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

periodum: Οὐαὶ ἡ Ἰταλίας ἡγεμόνων τῷ πολέμῳ γὰρ ἀνάδυονται πεζοῖ, καὶ ἵπποι καὶ δύναμις, inquit Pompeius.

Pes constans, vel rectus, certum, constans, & rectum studium, propositumque indicat.

Contra vero, pedes moti, inconstantis, & titubantibus habitus cum sint, sententiae mutationem, aut dubitationem, metumve arguant in arcana significacione. Vagi etiam pedes, apud Graecos praecepit, in mulieribus flagitium, significant: unde Theognis nominat γυναικες ταρπημεν, adulteram.

dentur bellè admodum agere, prudentibus autem, & sedatis furere, & insanire iudicantur. Fugienda cervix elata εἰς πανταχόν τοις μετεβούσι. Caput incurvum rigens, oblique laxum effluens Kopfdruck, crescentes humeri, vultus alper, οὐ δάσις, impudens, mollis, frons caperata, tristis, deicta, oculi defixi, immobiles, οὐ γέρων, οὐ νέος, assidue noctantes, nimis versatiles, Saturnii, truculenti, torui. Canini, emissiti, supercilia elata, os peruersum, nares vntea & corrugata, status humili, indecens corporis filum, manus incompositæ, pedes οὐ στριψι.

Gestus oratorum talis esse debet, ut emineat etiam in affectibus, grauis quidem decor, de quo ita præcipiunt Alcuinus, & Quintilianus.

Vt recta sit facies, ne labra detorqueantur, Aeniu adstringantur, mordeantur, ne corrugentur in iusta, nates, ne immodus hiatus distendat rectum, toricas, ne supinus vultus, ne deicti in terram oculi, ac inclinata cervix, ne elata, aut deicta sint supercilia, oculi rigidi, & extenti, & languidi, aut tortentes, aut stupentes, aut lascivii, & mobiles, aut natantes, & quadam volutate suffusi, aut dimi, aut poscentes aliquid pollicentibus nunquam esse debebunt, peccatum, ac ventrem proiecte indecorum est, varicare supra modum, & stando deforme est, & accidente motu, propè obsecuum.

Repetendum illa fræquens in ritrato, que partem nutatio, quam in Curione patre iuristi, & Iunius quartens, quis in linte loqueretur.

Hac obiter Quintilianus, de manu vero, in qua plus est operæ, plura subiicit, quæ scrupulosus obseruari nolim, cum pœnitentia simplex, & minimè affectata manus compositione, nunc magis arrideat, non pigebit tam legere.

Est autem gestus ille maximè communis, Cario, quo medius datus in pollicem contrahitur, Quintili, explicitis tribus, & principijs virilis cum deni obseruat. in ritrato partem motu modice prolatus, nes in manib; simul capite, atque humeris sensim ad id, nubat, quo manus feratur obsecundantibus, & in narrando certus, sed tum paulo productior, & in exprobando, & in congruendo acer, atque instans. Longius enim partibus his, & liberius exeritur. Vitiosè vero idem sinistrum quasi humerum petens in latus agi soler, quam adhuc peius aliqui transuersum brachium

*Legendus  
Cic. 3 de  
oral. 218.*

*Indecorum  
nimia gesti-  
gulationus.*

Et ista quidem signa sunt naturalia, in qua nullis artium instructus adiumentis, impetus prouincere solet. Non licet tamen oratori, ubique gestus, quamvis ipsi rerum explicatissimi sint, adhibere. Nam, quæ infantia eorum est, qui nihil sine motu corporis dici volunt. Itaque, si de agroto loquuntur, pertinent venas, medicorum more, si de citharœdo, manus in modum percussoris meritos formant, si de tibicine, admotis ad os vermiculantibus digitis, parum ab eo, quin sibilum reddant. Hæc ne in scena quidem Comicorum sunt toleranda. Abesse enim debet plurimum (vt ait Quintilianus) à saltatore orator, vt si gestus ad sensus magis, quam ad verba accommodatus. Non enim, aut in illa periodo. Stetit solitus Prætor populi Romanus, in clinatio incumbens in sinum muliercularum. Veris effingenda est, aut in illa: Cedebatur in medio foro Messana motus laterum qualis esse ad verbora solet torquendus, ne vox quidem in expositionibus, qualis esse solet, aut ciulantum, aut furentium cruenda, hec enim nimis affectatam sapientum imitationem, & oratoris aduersantur grauitati.

Longè igitur errant in hac parte nimis atrosi, qui modo prælantur, modo poscent pocula, modo micant argutij digitorum, modo cubitos utrumque in diuersum latus venuiant, iaculantur, secant sunt, terunt, omnium artium modos, figuræ, & status exprimunt. Atque illi imperita fortasse plebi vi-

### De gestu oratorio.

#### CAPUT X.

chium proferunt, & cubito pronuntiant. Duo quoque medijs sub pollicem veniunt, & est hic adhuc priore gestus iustior, principio, & narrationi non accommodatus.

At cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo vsum optimè Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in exprobrando, & indicando, vnde ei nomen est, valet, & alleuata, ac spectante humerum manu paulum inclinatus affirmat.

Versus in terram, & quasi pronus virget, & si aliquando pro humero est. Idem summo articulo, utrinque leuiter apprehenso, duobus modice curvatis, minus tamen minimo apertus ad ditputandum est.

Acrius tamen argumentari videntur, qui medium articulum potius tenent, tanto contractioribus ultimis digitis, quanto priores descenderunt.

Est & ille verecundia actioni aptissimus, quo quatuor primis leniter in summum coextentibus digitis non procul ab ore, aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona, ac paulum prolata laxatur.

Hoc modo cœpsisse Demosthenem credo in illo pro Cresiphonte timido, demissioque principio: sic formaram Ciceronis manum, cu diceret: Si quid est in me ingenii, iudices, quod sentio, quam sit exiguum. Eadem aliquatenus liberius deorsum spectantibus digitis colligitur in os, & fusiū paulo in diuīcia resolutur, ut quodammodo sermonem in ipsum referre videatur.

Binos interim digitos distinguimus, sed non inserto pollice, paulum tamen inferioribus intrà spectantibus, sed ne illis quidem tensis, qui suprà sunt. Duo interim extremi palmane circa ima pollicis premunt, ipse prioribus ad medios articulos iungitur, interim quartus oblique reponitur, interim quatuor remissis magis, quam tensis pollice intus inclinato, habilem in latus demonstrando, aut distinguendo, quæ dicimus, manum facimus, cum supina in sinistrum latus, prona in alterum fertur.

Sunt & illibores gestus, cum manus leviter pandata, qualis vountum est, paruis interuallis, & subassentientibus humeris mouetur, maxime apta, parec, & quasi simide loquentibus.

Est admirationi conueniens ille gestus, quo manus modice supinata, ac per singulos à minimo collecta digitos redeuntes flexu simul

explicatur, atque conuerit. Nec vnu modo interrogantes gestu componimus, plerunque tamen verentes manum, vicunque composta est, pollici proximus digitus, mediumque, qua dexter est, vngue in pollici summo suo iungens, remissis ceteris est, & approbantibus, & narrantibus, & distinguenteribus decorus.

Cui non dissimilis, sed compressis tribus digitis, quo nunc Graeci plurimum videntur, etiam utraque manu, quoties entymemata sua gestu, velut cornu tundunt casum.

Manus lenior promittit, & assentatur, citator hortatur, interim laudat. Est, & ille utrigen orationem gestus vulgaris, magis quam ex arte, qui contrahit alterno, celerique motu, & explicat manum. Est, & illa cava, & rara, & supra humeri altitudinem elata, cum quadam motu, velut hortatrix manus, à peregrinis scholis iam propè recepta. Tremula scenica est. Digits cum lunimi coierunt, ad os referre, cur quibusdam disperguntur, nefcio. Nam & id leuiter admirantes, & interim subita indignatione, velut pauescentes, & deprecantes, facimus. Quin comprehendam etiam manum in signum penitentiae, velira, peccatori admonemus, vbi nox, vel inter dentes expressa non dedecet: Quid nunc agam? quid faciam? Aduerso pollice demonstrare aliquid receprum magis puto, quam oratori decorum. Sed cum omnis motus sex partes habeat, septimusque sit ille, qui in se credit oibis, virtuosa est, una circuuersio, reliqui ante nos, & dextra, lauaque, & sursum, & deorsum aliquid ostendunt. In posteriora gestus non diriguntur, interim tamen velut rei solet.

Optime autem manus à sinistra parte incipit, in dextra deponitur, sed vi deponere, non vi ferire videatur, quanquam, & in fine interim cadit, vt citò tamen redat, & non nunquam reficit, vel negantibus nobis, vel admirantibus. Hic veteres artifices illud recte adiecerunt, vt manus cum sensu, & inciperet, & deponeret. Alioqui enim iuvant ante vocem exercit gestus, aut post vocem, quod est utramque deformis. In illo lapsi nimia subtilitate sunt, quod interuallum motus tria verba esse voluerunt, quod nec observatur, nec fieri potest, sed illi quasi mensuram tarditatis, celeritatisque aliquam est voluerunt, nec immixtio, ne aut diu otiosa esset manus, aut, quod multi faciunt, actionem continuo motu considerent.

Aliud est, quoniam & sit frequentius, & magis fallit. Sunt quedam locis sermonis percussionses, & quasi aliqui pedes, ad quos plurimorum gestus cadit, ut sit vnius morus. *Nolum crimen: alter, C. Caesar: tertius, & ante hunc diem quartus, inauditus, deinde, propinquum morsus.* Et: *Ad te Q. Tubero detulit.* Unde id quoque fluit vitium, ut iuuenes cum scribant gestu premodulati cogitationem sic componant, quomodo easuta manus sit. Inde & illud vitium, ut gestus, qui in fine dexter est, debet, in sinistram frequenter definat. Melius illud, cum sint in sermone omni brevia quadam membra, ad quae si necesse sit, recipere spiritum licet, ad haec gestum, disponere, ut pura. *Nolum crimen C. Caesar,* habet per se fidem quandam suum, quia sequitur conjunctio. Deinde: *Et ante hunc diem inauditus.* Latus circumscripsum est. Ad haec commodanda manus, idque dum irrumptit, erit prima, & composita actio. At ubi iam calor eam concitauerit, etiam gestus cum ipsa orationis celeritate crebrescit. Alijs locis citata, alijs pressa conueniet pronuntiatio. Illa transcurrimus, congerimus, abundamus, festinamus, ac instamus, inculeamus, insigimus. Plus autem affectus habent lenitiora. Ideoq; Roscius citator, AEsopus grauior fuit, quod ille comedias, hic tragedias egit. Eadem motus quoque obseruatio est. Itaque in fabulis iuuenum, senum, mihi, matronarum, grauior ingressus est. Serui, ancillae, parasiti, pescatores citatus mouentur. Tollit autem manum artifices supra oculos, demitti infra, pectus vertant, adeo a capite cam petere, aut ad imum ventre diducere vitiosum habetur. *At sinistram iuxta humerum promovere, yl-*

*tra non decet. Sed cum auersantes in lauum partem, velut propellimus manum, sinister humerus proferendus, ut cum capite ad dextram ferente consentiat.*

Manus sinistra, nunquam sola recte gestu facit, dextræ se frequenter accommodat, sive in digito argumenta digerimus, sive auersis in sinistrum palmis abominamur, sive obijcimus aduersas, sive in latus vtrunque distendimus, sive satisfacientes, aut supplicantes.

Diversi sunt autem hi gestus, sive submittimus, sive adorantes arrollimus, sive aliqua demonstrationi, aut invocacioni protendimus. *Egos Albani tumuli, arque luci.* Aut Gracchanum illud. *Quo me miser conferam? quo vertam in Capitolum ne?* at fratribus sanguine redundat, an domum? Plus enim affectus in his iunctæ exhibent manus. In rebus partibus, tristibus, mitibus, breves: magnis, letis, atrocibus extensores sunt.

Vestis ea esse debet, quæ conditionem, & locum, & tempus deceat, in qua, ut nimis cura suspicionum habet molitiae, ita supina negligientia à ciuili cultu aliena est. Cæterum si quando illud Fabij valuit, maxime in actione retinendum est. Non sit quisque, nec tantum ex communibus præceptis, sed etiam natura sua consilium capita forma ad actionis. Qui plura volerit, legat crudelissimum librum, Ludouici Crefollii è Societate nostra, qui actionem oratoriam accuratè prosequutus est: mihi tantam rerum comprehensionem vno corpore molienti, diutius immorari in re perficit, quæ solo pene ysu discitur, non placuit.

Finis Libri Noni.

DE